

TAUTOLOGIA NONA.

POTESTAS EIUS POTESTAS AETERNA
que non auferetur. Daniel. 7. v. 14.

EXPOSITIO LITTERÆ.

CUNCTA Prophetica obscura, verum obscurissima presentia; in quibus tot abscondita, involucris ad speciem umbraticè revelata, in quorum revelatione acrius torquentur ingenia, etiam fide superius illustrata; igitur miris ubertim succedunt mira. Adventus Christi in visione obijcit, ac maiestas præ se fertur: ex AA. his cogitantibus primum; illis secundum. *Aspiciebam ergo in visione noctis* (ait Vir desideriorum) & ecce cum (pro Ia) nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & usque ad Antiquum dierum pervenit, & in conspectu eius obtulerunt eum (obsequiosi millia millium Angelorum) & dedit ei potestatem & honorem & regnum: & omnes populi tribus & lingue ipsi servient: & potestas eius potestas aeterna, que non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. Apud omnes inconfusum, loqui Danielem de regno Christi venturi, ac eius honore, potestate, maiestate, duratione, atque virtute; sive intelligatur regnum celeste in triumphanti Ierusalem, sive spiritale, in militante, quæ quidem Civitas Dei; sive in hoc temporum cursu (ut ait Augustin. 1. de Civitat. cap. 1.) cum inter impios peregrinatur ex fide vivens; sive in illa stabilitate sedis aeternæ: ubi cælo & terrâ novis, videnda Ierusalem, Civitas sancta, de qua dicentur gloriose; descendens de cælo à Deo parata, sicut sponsa ornata viro suo, nimirum Christo; qui sessorus in throno ecce nova faciet omnia. Manil. 4. Astron. à v. 267. enthufiasmè dicit:

Ibid. à v. 21.
Ct pro In.
Regnum Christi in Ecclesia militanti ac triumphanti.
Augustin.

Quippe etiam mundi faciem, sedesque movebit
Sidereas, cælumque novum versabit in orbem.
Mite genus, dulcesque fluent ad sidera partus.
Pecora nec sordent.

Manil.
Narc.Sen.

Dicam ex Marc. Seneca, Danielis præsuppositâ visione (Ioannis consimili) *Quædam nova* & quidem nova. Illud (infit Controvers. 1.) non miror, quod misericordia obijcitur. Illud miror, quod hic obijcit.

Daniel. 2.
44.

2 Magis nobis aridet, hic à Propheta expoi Christi regnum celeste: quoniam de spiritali & eius duratione expositum à Daniele Nabucho, post interpretationem metallorum statux à lapide sine manibus contritæ. In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminet autem & consumet universa regna hæc, & ipsum stabit in æternum. Unde usque ad consummationem sæculi prædicatur regni spiritalis permanentia sub specie æternitatis, uti videbimus, num. 30. In præsentî verò visione celeste palam insignitur cum illo apparatu & maiestate, qua se venturum prædixit, Matth. 24. 30. & 26. 64. igitur subdit: *Ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis*, &c. Deinde quia extingum ac contritum supponit Daniel cornu illud parvum, in sanctos facturum bellum, & per tempus & tempora & dimidium temporis regnaturum, quo tempore Ierusalem militans fugiet in solitudinem in locum paratum à Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta: post quod tempus, regnum celeste dandum sanctis Dei, quia tempus non erit amplius. Iudicium sedebit (ait Daniel à v. 26.) ut auferatur potentia, & conteratur & dispercat usque in finem (pro In perpetuum) regnum autem & potestas & magnitudo regni, que est subter omne cælum, datur populo Sanctorum Altissimi, cuius regnum regnum sempiternum est, & omnes Reges servient ei & obediens.

Usque in finem pro In perpe tuum.

Daniel. 7.
26.

3 Priusquam ultra progrediamur; opera erit pretium emergi è puteo contradictionum, A cunctis PP. & Expositoribus Tempus & tempora ac dimidium temporis intelligi-

telligitur Filij perditionis regnum, sumpto tempore pro anno; temporibus pro duobus; & dimidio temporis pro anni semis; quod constat ex alijs Scripturæ Sacræ locis, quibus idem tempus signatur per menses: nempe, quadraginta duo Apocal. 11. 2. & 13. 5. concipientes tres annos & dimidium, quo tempore Anti-Christus regnaturus, cuius adventus secundum operationem Satanae, in omni virtute & signis, & prodigijs mendacibus. & in omni seductione iniquitatis; de quibus fusc Maluend. 8. de Anti-Christi. à cap. 16. Hunc loquendi stylum iterat Propheta, cap. 12. 7. & Apocal. 12. 14. Alijs terminis tempus iniqui regiminis & dirisimæ vexationis exponitur; ibid. 11. 3. ubi de Elia & Henoch dicitur: *Prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta*. Simul etiam tunc temporis de Ecclesia, sub metaphora feminæ fugientis in solitudinem, quod habebat locum paratum à Deo; ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta: ibid. 12. 6. Per menses etiam tempus numeratur, uti dixi de prædicatione Elia & Henoch; per quadraginta duos menses: cap. 11. 2. & cap. 13. 5. de seductore dicitur: *Data est ei potestas facere, menses quadraginta duos*. Tot ergo dies signantur, quot hocce menses consistunt; ut calculo constat. Bene hucusque, verum alia testimonia non coherent. Tres anni & semis computantur numero dierum mille ducentorum septuaginta septem. Quomodo ergo Ecclesia recedet fuerit in solitudinem, & prædicabant præfati per dies mille ducentos sexaginta tantum? Quomodo etiam his diebus dumtaxat durabit Anti-Christi persecutio, quæ extendenda ad mille ducentos & septuaginta septem, ex quibus profectò tres anni cum dimidio? Deinde in persecutio præfata tollitur à tyranno sacra Eucharistia, quæ vocatur sacrificium iuge; quippe quotidie immolatur Agnus Dei: & à Propheta dicitur: *A tempore, cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem* (id est, statua Anti-Christi, qui adorari decernet uti Deus; de quo Maluend. d. à cap. 8. quæ desolatio distincta est ab illa, prædicta à Christo, Matth. 24. 15. Marc. 13. 14. & Luc. 21. 20. qui exponit ceteros ex Daniele, 9. 27.) dies mille ducenti nonaginta. Excessus ergo fit dierum triginta in primo numero, & tredecim in secundo. Additur ergo maior difficultas, cum subditur vers. seq. *Beatus qui expectat & pervenit usque ad dies mille trecentos triginta quinque*. Maior numerus dierum præfixorum superatur quadraginta quinque diebus. Non sunt convenientia testimonia, sed querenda convenientia.

4 Antequam scire cœperit Anti-Christi persecutio (cuius duratio trium annorum cum dimidio) promulgabitur Eucharistiam tolli, tredecim scilicet retrò diebus: appositus ergo (his tredecim) mille ducentis septuaginta septem diebus (semis & trium annorum) consistunt omnes dies mille ducentos & nonaginta, à die quo decretum tolli sacrificium iuge. Vel didendum, quod quamvis non retrò sed in ipsi persecutionis principio Eucharistia tollatur à tyranno, & dumtaxat usque in eius interitum intercesserint mille ducenti & septuaginta septem dies; ultra erunt dies tredecim, quibus congregabuntur fideles dispersi per desertum, ut publicè ac solemniter celebretur & adoretur ab omnibus Eucharistia: quapropter à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, dies mille ducenti nonaginta. Nec ideo tunc frustrabitur promissio Christi, dicentis: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*: etenim toto illo tempore, licet sacrificium Eucharisticum (endelechimum, sive continuum) incoram, propalam non celebretur; in locis abditis, ab infidelium curiositate occultis, & à ministris persecutoris remotis, avide cum omni reverentia solemnè ritu celebrabitur Missa.

5 Quomodo, aut quare beatus, cuius vita per dies quadraginta quinque excedit diem interitus Anti-Christi, ut à principio hostilitatis sint mille trecenti triginta quinque dies; vellicat curiositatem in expositionem. Nonnullis magnis viris & eruditissimis placet, tot futuros dies inter Anti-Christi interitum, & univcalsale iudicium. At nobis cogitatio displicet: igitur scicne notum quando futurum iudicium, cuius tempus & momenta Pater celestis posuit in sua potestate. *Quæ nescitis hora Filius hominis venturus est*, Matth. 24. 44. *De die autem illo vel hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater*. Marc. 13. 32. licet in his quadraginta quinque diebus signo iudicij à Christo prædicta; ostentanda sint; ut astruunt Expositorum plerique. Arbitror hos dies signari, atque in illis beatos dici; quoniam cum asseclæ Anti-Christi intra tempus illud interficiendi ac perituri (ut inuit Ioannes: *Descendit ignis de cælo, & devoravit eos, & diabolus qui sedebat eos missus est in stagnum ignis, ubi bestia* (Anti-Christus) & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula seculorum, Ezech. 39. à 6. pridem prædixerat.) Felix profectò, qui usque in diem illum pervenerit: igitur signum erit, in fide permanisse, vel sequela penituisse; modo eius vita atigerit diem quadagesimum quintum post mortem bestia.

a. Thestyl
2. 9.

Daniel. 12
11.
Tempore Anti-Christi tollitur publica Eucharistia.
Vers. 124

Antilogia varia.

Mar.
20.

Signa in iudicium universale post mortem a Anti-Christi.

Apoc. 104
à 9.

6 Ex superabundantia aut excessu dierum delicata Antilogia. Restat alia ex dierum defectu, ut cuncta quadrent ad unguem. Si Ecclesia patenda in solitudine *diebus mille ducentis sexaginta*, toto scilicet tempore quo regnatus Anti-Christus, & huius regnum futurum mille ducentorum septuaginta septem dierum, conscientium periodum cum dimidio, trium annorum; ad huiusmodi clausulam desunt septendecim dies. Quid ergo dicemus? Ingeniose Ribera hic v. 6. asserit incepta Anti-Christi persecutione, non statim fideles recessuros in solitudinem; sed paulo post, eius apertius cognita iniquitate, ac potentia, cui resistere cogitabant non valere. Morabuntur in meditatione fuga septendecim diebus, qui iuncti mille ducentis sexaginta, constituunt mille ducentos septuaginta septem, ex quibus constant tres anni cum dimidio. Plenus numerus, a principio fugæ, & tyranni potentis persecutione: diminutus, à consummatione fugæ fidelium utque ad excidium filij perditionis. Ingeniosus Sanctius in *Daniel. 12. n. 54.* cogitans omnes principio persecutionis cessurus in desertum, sed septendecim diebus, antequam regnum Anti-Christi extinguatur reituros; quippe roborati noticia mortis Eliæ & Enoch, haud formidabunt pro religione mori. Solida quidem, sed aliud cogito (nescio, an congruentius) in Tautologia concordiam. Cum cæperit grassari in Ecclesiam Anti-Christus, apparebunt fidei ac religionis propugnatores Eliæ & Henoch; quorum prædicationis tempus & simul persecutionis Ecclesie, signatur, Apocal. 11. à 2. *Gentes Civitatem sanctam calcabunt mensibus quatuordecim annis: & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti facient. 7. & cum finierint testimonium suum, bestia, qua ascendit de abyso, faciet adversum eos bellum; & occidet eos. & om. et. thos, & occidet eos.* Mors istorum futura, ut patet, septendecim diebus ante mortem Anti-Christi. Hic plus exardescet (ut dicitur à v. 9.) in Ecclesiam merentem post illorum mortem. Quapropter iratus Dominus post septendecim dies spiritus laborum suorum interficiet impium. Nihil ergo deest numero dierum, quibus regnum tyranni; igitur regnabit toto tempore prædicationis testium veritatis, & Ecclesie persecutionis (nimirum quadraginta duobus mensibus, sive) diebus mille ducentis sexaginta: quibus additi septendecim dies, qui inter istorum mortem, & mortem interventione Anti-Christi; efformant mille ducentos septuaginta septem, sive tres annos & semis.

7 Veritas contradictiones (ac primo aspectu perspicue antitheses) concordia pace ligavit. At in complementum disputationis enucleandus est etiam sensus testimonij Ezechielis, dicentis: Post mortem Anti-Christi, & eius exercitus exterminium (de quo, n. 5.) sub nomine Gog, & Magog: *Egredientur habitatores de Civitatibus Israel, & succedent, & comburent arma, clypeum & hastas, arcum & sagittas, & baculum manuum & contor: & succedent ea igni septem annis.* Si post mortem Anti-Christi dumtaxat quadraginta quinque (ut diximus à n. 4.) ut impleantur à persecutione huius monstri mille trecenti triginta quinque dies; quomodo per septem annos ligna armorum erunt fat in ignis cibum? *Non portabunt* (subditur, v. 10.) *ligna de regionibus, neque succident de salsibus, quoniam arma succedent igni.* Nonnulli in effugium cogitant loqui Prophetam de strage Antiochi Epiphane sub vexillis Machabæorum, de qua 1. *Machab. 6. & lib. 2. 9.* igitur per longum tempus haud alio combustibili usi Hebræi, nisi lignis armorum, relicti ab exercitu dissipato: quod quidem frequentius apud victores. Psalm. 45. à 7. *Centurbae sunt gentes, & inclinata sunt regna: Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni.* Plutarch, in Mario inquit: *Armorum atque spoliorum pulcherrima atque integra ad triumphum delegit: ceteris in pyra quadam ingenti collectis, rem divinam gessit, circumstante in armis coronato exercitu: ipse præcinctus, & purpurâ indutus, ut mos erat, cum facem ardentem sumpisset, & utrisque manibus ad caelum extulisset, ve. ut pyram incensurus stabat. Servius in 8. Æneid. Virgil. v. 562. ubi: Scutorumque incendi victor acer vos; subdit: Hoc traxit de historia: Tarquinius enim Priscus, vicis Sabinis, eorum arma succendit, quem postea secuti sunt ceteri. Videt combustionem armorum opprobrium arbitrabatur maximum; qua de causa Numantini nec arma relinquere in triumphum. *Arma ipsi cremaverant* (inquit Florus lib. 2. cap. 18.) *triumphus fuit tantum de nomine.**

8 De victoria contra Anti-Christum intelligenda est Ezechielis propheta. Pro cuius vaticinij veritate, observandum est, quod sæpe premisimus: in Scriptura scilicet dici factum quod verum series ordinat, ut fiat, licet futurum non sit. Haud futurum, quod hi qui tantum diebus quadraginta quinque potituri, per septem annos lignis armorum in combustibili utantur: verum si illis tempus esset septem annorum; proculdubio in scapis & sagittis ac ceteris bellicis instrumentis ad septem annos materia esset combustibili:

Alia antilogia.

River.

Septendecim dies inter mortem Eliæ & Henoch, ac exitiâ Anti-Christi.

Ezech. 9.

Alia Antilogia.

Deum arma victorum in cibâ igni.

Plutarch.

f. Serv.

Florus.

Dicitur factum, quod naturale fieri, est non factum.

is: vel si cuncta comburentur, septem anni necessarij in combustionem. Hebraismus est, seu potius adagium, quo Ilyo etiam Nostrates utuntur, videntes rerum copiam: *Aqui hay para cien años.* Haud quia totidem futuri; sed quod satis haberent, si in illud tempus quod natura negat, viverent. Verba futuri temporis interdum non tam adum significat, quam potentiam, quo quidem etiam intelligitur, quod ibidem dicitur, v. 12. de cada veribus exercitus Magog: *Sepeitent eos domus Israel, ut mundent terram septem mensibus, & v. 14. Viroi iugiter constituent lustrantes terram, qui sepeitent, ut emundent eam, post menses autem septem quæverere incipient.* Septem menses haud futuri: quam ob rem sensus verborum est: Tot erunt cadavera; ut si omnia sepelienda fuissent, septem mensium spatio opus esset. Si septem pro multis accipitur (ut Prov. 24. 16. *Septies enim cadet iustus, quod interpretatur Iacobus, 3. 2. In multis enim offendimus omnes 1. Reg. 2. 5. Sierilis peperit plurimos. Hebr. Peperit septem*) idem erit ac dicere, plures menses necessarij sunt ad tot corpora sepelienda, sicut plures anni præ copia lignorum, in combustionem. Adruit copia & maxima; præcipue cum in sepulchrum exacto septimestri cursu, cadavera quasi quætere incipient, igitur tot erunt, sepultis multis, quasi nullus sepultus.

9 Nonnullis præter his quadragint, quinque diebus post excidium Anti-Christi, futuram conversionem Iudeorum, serenissimaque pace reddita Ecclesie, per universas orbis regiones fideles è latebris in publicam prodituros, epinicia Christo victori canentes, atque purgatis templis sacra celebrantes; quin sit distinctio Iudæi & Græci: quandoquidem ex cunctis unum ovile & unus pascor. Hinc prædictum, vel fictum, regnum tunc orbis penes feminam viduam futurum: quod utique ludicrum, ni symbolice intelligatur de Ecclesia catholica in toto orbe, iuxta illud Apocal. 5. à 9. de eius sponso, in terris non spectato: *Reamisti nos Deo ex omni tribu & lingua & Populo & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum, & ser. adotes, & regnabimus super terram.* Ita ergo ex lib. 3. *Oraculor. Sybillin.* succinitur:

Verum quando Dei prædicta minacia magni Adveniat, terraque petet flammata potestas, Inflata exuret Belier, hominesque superbos, Omnes quotquot ei fuerint per fœdera iuncti. Tunc autem mundus manibus mulieribus omni In verum summa parebit, et sine regetur. Cum verò vidua in totum regnaverit orbem, Aurumque, argentumque hominum (queis vita caduca est) Ferrumque, æsque maris salis iacturæ in undas; Reijcent simulacra viri, cunctam quoque gazam. E caelo Rex adveniet, per secula futurus, Celsus cum Sanctis, avi iam termino in ipso, Occultos actus retegens, tunc quisque loquetur Secreta, atque Deus referabit peccora luci; Tartareumque chaos monstrabit terra debiscens; Et coram hic Domino Reges sistentur ad unum.

Videfis Augustin. 18. *Civit. cap. 23. Lactant. 1. Divinar. institut. Georg. Draud. in cap. 9. Solin. Ergo in nostram Tautologiam, quippe iam patulum iter.*

10 Quod primum obiectum Nabucho sub symbolis quatuor metallorum, sub nepotij regnum ostentum facti Vati quatuor sub specie bestiarum. Plerumque principatum tenent, qui nec figuram hominum habent; teste ipso Nabucho, dum esset attonitus insolenter in folio: etenim cum esset sicine dignitatis propudium, uti non hominem ab hominibus eiecerunt. Profecto throni & subditorum iniuria, in throno, quippe inflata, multipliciter bestia. Quatuor ergo orbis Monarchie graphicè describuntur sub horrificis diversis animalium figuris: nimirum, regnum Assyrium, seu Chaldaicum, simul cum Babylonico, cuius Monarcha primus Nemrod, vel Ninus. Hoc regnum quasi præteritum, dum obiectum in visione Danieli, equidem iam erat in extrema regula ut deleretur per Cyrum & Darium, Reges Persarum atque Medorum. Hoc & alia regna exponuntur futura: Græcum scilicet per Alexandrum Magnum, at Romanum per Romulum. In Isthoc regno quarto (id est, intra spatium eius durationis) duo regna obijciuntur excianda: primum Christi, quod cepit à Filij Dei incarnatione, quoad ius & dominium, licet non quoad dominationem, cum plenissima potestate: igitur à primo instanti illi

Alia antilogia.

Ver. 12. Verba futuri temporis non adum interdu designant, sed potentiam.

Post mortem Anti-Christi unum ovile & unum pascor.

Non tunc erit summa vidua orbis dominia.

Sybilla Erythr.

Daniel 4. 30. E throno eijciendus in dignum. Mundus in narchia.

Daniel. 1. a. 44. Regni Cbristi summa potest.

concessum, in actu primo (ut dicunt DD. Scholastici) ita ut a cunctis iure nominari possit Dominator & Dominus; uti egimus, Tom. 1. T. 6, a n. 33. Ita ergo Daniel Nabuchodonosor in diebus regnorum illorum suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & regnum eius alteri Populo non tradetur: comminetur autem & consumet universa regna haec, & ipsum stabit in aeternum. Prædixit etiam Sybilla, tom. 8. Bibl. PP.

Sybill.

Summi tunc summa potentia regni Regis inextincti mortalibus exorietur. Rex enim Sanctus veniet, qui totius orbis Omnia saeculorum per tempora sceptrata tenebit.

Virg.

Meminit huius Oraculi La-Zerda in Virgil. eclog. 4. n. 7. ad illud vers. 5. Magnus ab integro saeculorum nascitur ordo. Iam nova progenies caelo demittitur alto.

Oracul. Memphis. Trinitatis ex oraculo Ethnico.

Ampliore expressione (quoniam ampliora mysteria revelata) Oraculum Memphisiticum ut refert Kircher. tom. 1. OEdip. Copt. Syntagma 1. cap. 10. equidem cum Africam vicisset Thules, Rex Aegypti, & inflatus victoria, fastose sciscitaretur ab Oraculo; Quis ante se potuit subijcere sibi omnia, aut quis potest se poterit? Ita responsum.

Senec.

Ipsa Deus primum, deinde incho Flamme Verbum: Haec tamen existunt simul omnia, & omnia in unum. Distinctum venient, cuius sine sine potestas. Tu certò incertum vides pedes ante regem callem.

Cancla reg.

Enthusiasmice etiam Seneca in Hercul. O Ethen, v. 1117. Discedet via Tartari Stratis ut pateat polita. An quoddam dividit aethera? Pontum, Sidera, Tartara, Regno unus capiet tria.

Horat.

Pridem Horatius, sed in blandinem Augusti, lib. 3. od. 4. a v. 45. Qui terram inertem, qui mare temperat Ventosum, & Urbes, regnaque tristitia Divosque, mortalesque turmas Imperio regit unus aequo.

Daniel. 2. 41.

Illi enim curbavitur omne genus & confitebitur omnis lingua, cuius nomen super omne nomen, id est, potentia supra omnem potestatem; ut omne generassetur caelestium, terrestrium & infernorum.

Ovid.

De huiusmodi regno quinto intra periodum quarti, dicitur: Comminet autem & consumet universa regna haec. Praesolentum prius in somnata statua coalescente ex praecipuis metallis, auro, argento, aere & ferro per qualitatem aetatum, iuxta descriptionem floridissimam Ovidij, 1. Metam. fab. 3. & 4. Qua de causa de statua Iovis Olympici, ait Pausan. cap. 38. Os auro & ebore constat: reliquum verò corpus è gypso & sili-li est materia. Lapis sine manibus (Filius hominis scilicet, sed non ex viro, è linea Patris, montis perfectionis, in uterum Virginis-Matris descendit de caelo) comminuit testam & ferrum & as & argentum & aurum. Applicat Monarchis Ovid. lib. 1. 5. fab. 4. Succidens in ferream Romanorum:

Sybill.

Sic ad ferrum venistis ab auro Saecula: sit toties versa est fortuna locorum.

Ex Christi nativitate destruita idolatria in vno vbo.

Hoc etiam regnum non solum diminuet, sed etiam comminetur secundum, contra primum oriturum vel sub imperio Romanorum: videlicet Anti-Christi regnum; ut vidimus, num. 5. auferuit Isai. 11. 4. - 2. Thessal. 2. 8. & Apocal. 19. 21. Sybilla etiamnum; loc. cit. accinit.

Vae tibi Gog & Magog, quae medium es Ethiopiae, quantam sanguinis effusionem accipies! Iudicij domus in hominibus vocaberis: Et bibet terra tuam sanguinem nigrum.

12 Haud ita imperium Romanum destruet & comminetur Christi principatus & regnum. Spiritale regnum est, acceleratque spolia detrahere, quin adimat regnorum potentiam; sed idolatriam dispersam per totum orbem, in viventium cacitatem; quem quidem regebat Romanorum principatus, & imple cunctarum gentium serviebat erroribus. In mores bellum; destructaque dicuntur regna, si frugi redita corda. Destructaene Ninive?

Augustin.

ve? Ita proclamat Vates facer: Abhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur. Ioan. 3. 4. Liberatur à minaci fulmine. Destructa ne? Sane: Destruuntur Ninivite, ut ipsa hominum peccata penitendo destruantur. Factum est, quod prædixit Deus: everfa est enim Ninive, quae mala erat, & bona edificata est, quae non erat. Stantibus enim mœnibus atque domibus; everfa est civitas in perditis moribus. Augustin. 21. Civitat. cap. 24. iterar. in Psal. 50. nosque libavimus, Tom. 6. T. 8. n. 38. Peripicuo Ioann. 12. 31. ubi Christus: Nunc (ait) iudicium est mundi: nunc (pro Quia) Princeps huius mundi ejectionem furas. Ligatus est adventu Dei in carne, maxime dum illum subingavit perlata ac devicta morte: dicitur iudicium mundi, quippe non regnat peccatum in mortali corpore, & quoad inolitum (iam abolitum) scelus; quasi iam non esset mundus. Duo sunt status in mundo, id est, in genere humano: prout iacebat in flagitijs, & prout erectus gratia reconciliationis. Erat odiosus: idem persistit reconciliatus. Mutatus est ordo rerum: tuncque mundi fit iudicium; quippe diabolus expulsus, & ut inimicus cognitus, dum frugi ob virtutem se recepit, atque mores pifcos, ut virulentos mutavit. Nondum venit iudicium, & iam appareat iudicium; igitur si à diabolo opprimitur, ab eius tyrannide hoc tempore liberatur; verum sane iudicium in iudicio mundi; daemone cordatus cum criminibus expellere. Iam enim iudicatus est orbis, si homines in cognitionem devenierint veritatis: In Christo nova creatura. Vetera transferunt: ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum (1. Cor. 5. à 17.) quoniam Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi; non reputans illis delicta ipsorum. Hinc Apocal. 20. à 2. Apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas; & ligavit eum per annos mille (de hoc infra fuse) & misit eum in abyssum, & clausit & signavit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni, & post haec oportet illum solvi modico tempore. Hoc est, pro tempore principatus Anti-Christi, per tempus & tempora & dimidium temporis: at post eius exitium, ligabitur in perpetuum; quoniam regnum Christi eius evacuabit principatum, inimicisque poner scabellum pedum suorum: Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei, ut ait Paulus, de quo postea, numer. 31. & 32.

Nunc pro Quia. Ioan. 12. 31. Mundus deficiet à mundo.

Christus mō dum recon-citavit Pa- tri.

Hebr. 2. 8.

13 Hoccine imperium Summi Optimi Maximi cum potestate summa; (Chald. Sal-tan. ex quo inter Orientales, qui supremam dominum inter dominantes tenent, vocantur Sultanes, vel Soldanes, quasi Regum Reges, ultra superior potestas, quia quam nec potentia, nec auctoritas; uti hic observat Sanctus, num. 107.) traditum dicitur Christo Domino prout homo est: Ecce quasi filius hominis. Ipse enim Ioann. 5. 27. dicit: Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Sic ergo obiectus in visione Danieli: Ecce quasi filius hominis veniebat, & usque ad Antiquum dierum pervenit, & dedit ei potestatem & honorem & regnum. Priusquam conditionem tantae dignitatis exponamus; pendendum in Quasi filius hominis, tō Quasi. Perproprie: haud Filius hominis, sed Quasi filius hominis; quoniam tunc Filius Dei necdum homo, sed futurus: q. d. Uti futurus erat Filius Dei, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Non Christus, sed eius imago. Umbra exposita, sicut bestiarum figura, quapropter non dicitur Leona, sed Quasi Leona: non Pardus, sed Quasi Pardus.

Expositio

Daniel. 4. v. 13.

14 Profandiora latent. Quasi Filius hominis. August. 2. de Consens. Evangel. cap. 1. inat: Secundum carnem enim Christus filius hominis est, commendans nobis, qui miserabiliter dignatus sit esse pro nobis. Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Unde pro Quasi filius hominis, Chald. legit: Cabar-enos, id est; abiectus, miser & erumnis facturatus. Ita Christi charitas; ut deleret, suscipiens infirmitates nostras: Decebat enim eum (ait Paulus, Hebr. 2. 10.) propter quem omnia, & per quem omnia; qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum, per passionem consummare. Inuunt vel Ethnici. Seneca in OEpid. v. 70.

Augustinus Christus ut colleret, nati- tates infirmi- tates suscip- pti.

Non vota, non ars ulla corruptos levant: Cadunt medentes: morbus auxiliium trahit.

Senec.

Ex Ovid. decersit 7. Metamorph. fab. 2. 5. ubi succinit: Quò propior quisque est, servitque fidelius agro, In partem letbi citius venit, atque salutis. Nec moderatur adest: inque ipsos sava medentes Erumpit clades.

Ovid.

Hac igitur fidei vehementia in amore, & excessiva in homines charitate, meruit thronum, quem hominum homines iudicaverunt despectum: Dignus est agnus, qui occisus est, Tom. VIII. Tanti.

Nana acci-

accipere virtutem & divinitatem, & sapientiam & fortitudinem, & honorem & gloriam & benedictionem.

15 Theodoretus & Lyranus in ly Quasi, haud notam agnoscent similitudinis, sed maiestatem latentis Deitatis, utpote alius aliquid in illo inesset, quod in specie hominis cognosci posset. In illo omnis plenitudo divinitatis corporaliter inhabitavit, licet mundus non cognoverit; quousque in cruce filium hominis exaltavit. Etiam relucebat in humana facie fulgor & maiestas divinitatis occultæ. Aliquid profecto sublimius insinubatur, præter quod præ se ferebat species, cum homo exultimaretur. Iccirco dixit assecclis: Quem dicunt homines esse filium hominis? Matth. 16. 13. Hilarius hic Canon. 16. Certè filium hominis contemplatio corporis præ se ferebat: sed addendū: Quem me esse dicunt; significavit, præter id quod in se videbatur, esse aliud. Erat enim hominis filius. Quod igitur de se opinandi iudicium desiderabat? Non illud arbitramur, quod de seipso ipse confessus est; sed occultum erat, de quo querebatur, in quod se credentium fides debebat extendere. Dignum planè confessio Petri præmium consecuta est quia Dei Filium in homine vidisset. Videtis dicta Tom. præced. T. 1. à n. 21. Qui puri homines voluerunt insanè mentiri Numen; de quibus Maluend. de Anti-Christi, lib. 8. cap. 13. Referam quem omisit, Conditorem quartæ Monarchiæ, de quo umbram eius, sive Satan in umbra, Plutarchus dixisse refert: Ita Dijs visum, nos è celo dimissos, condita urbe, imperium permaximum & gloriam habitura, rursum in cælum reverti. Infania, quasi condito imperio à Deo exisset & ad Deum vaderet. Hoc proprium Iesu hominis Dei, qui iurè Ioann. 16. 28. dicit: Exivi à Patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad Patrem.

16 Tria regna fuisse in Christo, manifestum est, temporale seu terrenum, quod vocatur Humanum dominium; spiritale, ac cælestè, de quibus eus diversimodò dicitur: Potestas eius potestas aeterna, quæ non auferetur; & regnum eius quod non corruptetur. Haud hic loquimur de divino dominio, quo dicitur dominium Excellentiæ, Præcellentiæ sive Altitudinis; qua de causa Deus Altissimus plauditur: haud quia in altis habitat; sed quia potestas eius super altiora: Tu solus Altissimus, Psalm. 82. 19. Ut novum ac singulare miraculum ab Angelo Virgini ut possibile exponatur; meditante dicitur: Vir-tus Altissimi umbrabit tibi. Luc. 1. 35. Valet potentissimè dominium, quia non erit im-possibile apud Deum omne verbum: hoc est, nullum verbum, quod promittit, impossibile. Omnia, quæcumque voluit fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Psalm. 134. 6. Cognovit Ethnicus.

—Faciam, ut fiant,
Quorum opera hæc mihi facta facta sunt, quæ volui fieri.
Plaut. in Persa, Act. 5. scen. 1. v. 9. & Ovidius, 8. Metamorph. fab. 7.
—Immensa est, finemque potentia cæli
Non habet: quicquid Superi voluere, peractum est.
Deus tota potentia & omnipotentia. At, ut inquit D. Thom. 3. de Regimin. Princip. cap. 15. Quia humanitas in Christo coniuncta erat Divinitati Filij, tanquam instrumentum eius; Omnipotentis erat virtutis, Regnum hinc eius exuperat, ut imperium præcellentiæ, omnia regna, omniaque regum sceptræ & iura. Deus, quis similis tibi?

17 Bernardus, 3. de Considerat. cap. 21. 1. Christus hic est (inquit) qui possessionem sibi vendicat & iure creationis, & merito redemptionis & dono Patris. Ex titulo creationis signat Paulus: Deus locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit & sæcula. Hebr. 1. 2. Hinc enim ei quæ insensibilia sensibilia erant, obedebantque ad mutuum; superius prompta ad imperium; de quo egimus Tom. 6. T. 1. à n. 8. Surgens imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines irati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei. Matth. 8. 26. ibid. 14. à 26. Venit ad eos ambulans super mare. Ibid. 21. 19. Arefecit siculneam. Imperavit febri. Luc. 4. 39. Sic alia: verèque dicere quimus, quod Seneca in Hippolyt. v. 179.

Prodigia toties orbis insueta audiet:
Natura toties legibus cedit suis.
Idem de Vita beat. cap. 7. inquit: Altum quiddam est virtus, excelsum, regale invictum, insatigabile.

18 Regnum ergo temporale, seu Cœnicum (quod nonnulli Christo inficiantur vel in actu primo, quasi opponeretur regni spiritualis perfectioni: infirmi animi est) dicam cum Stoico, epist. 5. (pari non posse divitiis: quod quidem iterat, quò dudum, cap. 25.) fuit

Relucebat in illo splendore divinitatis occultæ?

Hilar.

Infania Romuli, Deum se fingenti.

Plutarch.

Daniel. Quotiam dominium Excellentiss?

Luc. 1. 35.

Plaut.

Ovid.

Habuit Christi D. Thom.

Bernard. Quibus et tultis?

Quid titulo creationis?

Senec.

idem.

idem.

fuit ex Patris dono; quod innumeris constat testimonijs, Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Matth. 12. 27. & Ioann. 13. 3. Omnia dedit ei Pater in manus: v. 13. Vocatis me Magister & Domine: bene dicitis, sicut enim. Psalm. 103. 24. Impletæ est terra possessione tua. Eccl. 24. 9. In omni populo & in omni gente primatum habui. Hinc Princeps Regum terræ. Apocal. 1. 5. & 19. 16. Rex Regum & Dominus dominantium. Quorsum ergo hæcine, nisi Cœnicum etiam habuisset imperium, ac absolutum in terrena atque terrenis dominium? D. Thom. d. cap. 13. Ille natus erat, qui verus erat mundi dominus & Monarcha; cuius vices gerebat Augustus, licet non intelligens, sed iura Dei. Unde hoc instinctu dicitur Cesar manserit tunc temporis, ut narrant historia, nequis de Romano populo Dominum ipsum vocaret. Adifis Mantuan. in Parthem. lib. 3. Carm. 1. & alios in Ephemer. 25. Decembr. Omnia enim Christo tradita sunt à Patre terrena nempe ac cælestia, visibilia & invisibilia. Zoroaster, apud Kircher. in Mens; Isaac. cap. 5. inquit: Omnia Pater perfecti & Mentis tradidit secundæ, quam Primam vocant nationes hominum. Hinc imago apud Ægyptios, quam interpretatur idem ibid. Divinam mentem, seu Paternam, quam Platonici nunc Primam Mentem, iam Verbum (Philo etiam Sopsiam vocat) quam congrua sanè symbolorum congerie in medio throni Ægyptij, tamquam in centro universæ nature, quam moderatur, posuerunt! Sedet primò, ut innuat potestas & dominium. Varia aliarum textura velocitatem sublimitatemque operationum indicat. Ab umbilico ad pectus usque innumeris densatur uberibus, quibus universam mundæ machinam libertate nutrit. Zona collo circumdata, orbes denotat cælestes. Velo tegitur caput, ad addita & inaccessa, quæ operatur, mysteria indicanda. Folia Persæ, Sapientiam, quæ omnia administrat. Dextra manu sceptrum tenet iustitiam, quo ad exemplar Paternæ mentis omnia se moderari ostendit. Loti enim flos indefesso motu Solem noctu diuque sequitur. Imperioso verò sinistra manus gestu, omnia eius mandatis iussisque subflare, innuitur. Hæc ille ad unguem in institutum.

19 Ius namque habuit Christus in cuncta, sed potestate non est usus, nisi cum voluit, uti videbimus. Noluit, quippe volebat hocine imperium ordinare in spiritale: ut post dignos collocaret in cælestè. Quare in voti gaudium non est usus ratione potentia, sed viâ ac instituto iustitiæ. Suum temporale dominium ad hoc ordinavit (inquit Angel. Magist. d. cap. 15.) unde vita spiritualis factum regnum cælorum vocatur; quia differit in vivoendo a regno mundano, & quia ad verum regnum ordinatur æternum, non ad temporale d. m. n. tantum. At tollendam igitur suspensionem de cordibus hominum, quod quasi principatum assumpsit, ut in mundo dominaretur, & hoc esset finis eius (ut aliorum minorum) v. tam abiectam elegit: & tamen verus erat dominus & Monarcha; quia factus est principatus super humerum eius. Ipse dicit, Matth. 20. 25. Principes Gentium dominantur eorum. Non ita erit inter vos. Ni haberet regnum totius mundi, haud eius sequentes scholam constitueret Principes super omnem terram Filius hominis (cui ad nutum uti domino serviunt cuncta) non venit ministrari, sed ministrare. Potestatem habuit in iurisdictionem, haudquam principatus utilitatem. Habuit imperium, ceterum non exercitium. Quapropter tamen haberet regnum, hoc dixit non esse ex hoc mundo. Haud quia mundi non esset dominus; sed quia mundi dominium non ex mundo, nec à mundo, quippequam ex Patris dono. Pende, Regnum meum non est hinc. Hic est, sed hinc non est. Hic erat, quippe dicitur, Luc. 1. 32. Dabit illi Dominus Deus scædam David, & regnabit, &c. At in hoc, quo natus regno, non erat mundi: non hinc: adintur mundi Principium, haud ostensus factum, opes, maiestatem, militiam, potentiam, gloriam, honorem & sublimitatem, superiorem magnitudinem, in regie dignitatis ostentationem. Acumen est D. Thomæ loc. cit. Dominus noster statum humilem assumpsit (inquit) quamvis dominus mundi, ad insinuandam videlicet differentiam inter suam & aliorum Principum dominium. Quamvis enim temporaliter esset dominus orbis; dicit tamen ad spirituale vitam suam ordinavit principatum, iuxta illud Ioannis: Ego veni, ut vitam habeant & abundantius habeant.

20 Articulus cogitationis dignatorum, ut eum constituerent Regem; indicat in ulteriora regni temporalis directionem. Iesus cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem; fugit iterum in montem ipse solus. Fugit & iurè. Ab ipsis quorsum habiturus regnum, quod habebat à Patre? Tunc regnum eius fuisset hinc. Christus non semetipsum clarificavit, ut Rex & Pontifex fieret. Ad quid tunc iterum, dum fugit regnum? Dum Pater mittens in mundum, heredem universorum ordinavit; primum ille ostentationem principatus fugit, vitam abiectam in exemplum electorum me-

Quid est potestas dicitur?

D. Thom.

Zoroast.

Imaginetur potestatis.

Kircher.

D. Thom.

Christus habuit totius regnum, sed non exercitium.

Ioanna 18. 16.

D. Thom.

Ioann. 6. 15.

Matth. 120. 21.

Ordinavit mandatum in spiritale regnum.

Aliquando, prout voluit & usum ha habuit.

Luc. 11. 31. Tria regna habuit Christus.

IOHANN. 12. Habuit regnum temporale, & ex iure.

Quid habuit titulo reat- tione?

ditanter elegit; iterumque ab hominibus oblatum fugit regnum; quippe in mundo do- minandi corditis expulit usum. Mater filiorum Zebedai, dum suis petijt & dextram & sinistram in regno Christi; arbitrata est usum in dominio temporali. Spe exiit: Ego dispono vobis (dicit illis caelestis magister) sicut disposuit mihi Pater meus, regnum. Luc. 22. 29. In temporali spirituale per gratiam, usque in caeleste per gloriam. Venite benedi- cti Patris mei, possidete paratum vobis regnum, Matth. 25. 34. & Daniel. 7. 27. Regnum autem & potestas & magnitudo regni, quae est subter omne caelum, detur populo sanctorum Altissimi; cuius regnum regnum sempiternum est. Christi enim est potentia & regnum, quod sanctis per gratiam participat; unde mica facere ex potestate possunt ille dicit: Per me Principes imperant: Proverb. 8. 16. & illi, Apocal. 5. 10. Feiisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes; de quo infr. num. 55. Ita ergo est Dominus dominantium. Sed sempiternè in gloria, ob primum virtutis, & observantiam legis; cum accipientes etiam corpus, confedere faciat in caelestibus: igitur in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae; sedebitis & vos, Matth. 19. 28.

21. Nihil magis in Christo astruit orbis principatum, quam exercitium, ad voluntatis nutum: quandoquidem praece volebat, aut nolebat, admittebatur, vel omitebatur potestas usus. Vixit in similitudinem hominum factus, licet saepius sua uretur potentia, ut verus dominus: ait D. Thom. d. cap. 13. Cum voluit, prostravit hostes; cum voluit, surge- re indulgit. Ioann. 18. à v. 8. Adorari fecit se à Regibus recens ortus, & interrogari etiam regente tyranno in eius Regia, Ubi natus? Ita speciem supremi Principis praebens, in- gressus est urbem triumpho, & uti Rex acclamatus à populo, Matth. 22. à 6. Ante pompam mirabilis apparatus, superiori dominio feliciter usus. Ite in castellum, quod contra vos est (dicit duobus & discipulis) & statim invenietis asinam alligatam, & pallum cum ea: solvite & adducite mihi. Si quis vobis aliquid dixerit; dicite: Quia Dominus his opus habet. Ibid. à v. 2. Marc. 11. 3. & Luc. 21. 30. En dominio utitur Christus, supra quod animalium horum habebat dominus. Esulit iubentis auctoritas, & supra potestatem singularis potestas. Eadem usus, ubi iussit dicere domino domus in Urbe: Magister dicit: Ubi vult refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem? Marc. 14. 15. Imperando monet; sicut potestate iussit demones ingredi in porcos: Matth. 8. à 31. Invisibilem sapè se fecit: & cum fugit in montem ipse solus. Ioann. 6. & cum absconxit se & exivit de templo, 8. 59. & cum eius patria in eum indignatione furebat, transiens per medium illoriam ibat. Luc. 4. 30. Habenti manum aridam, praecepit extendere manum. Ibid. 6. 10. Suscitavit etiam mortuos, ut ad insensibilia eius mirabilis tenderetur virtus; ut vidimus, num. 17. Ad usum eius potestatis ostendit velle & nolle. Quia noluit, dixit roganti eius in distributione hereditatis iudicium; Quis me constituit iudicem, aut divisorem super vos? Haud quia iudex non esset; sed in illa causa nolebat esse iudex. Luc. 12. 14. Quia voluit; officio functus in accusatione adulterae, dicens: Nec ego te condemnabo. Ioann. 8. 11. Habebat ergo, dum aliquando potestate est usus. Non enim quia non semper exercuit, dominio caruit, vel respuit. Haeres utique hereditatis, est parvulus; est dominus; quamvis dominij respectu atatis nullus concedatur usus. Quanto tempore haeres parvulus est, nihil differt à servo, cum sit dominus omnium. Galat. 4. 1. Haud secus Affertor N. dum usum potestatis noluit: formam servi, quam acceperat ostendit.

22. An iure hereditario possideret regem Israël; negant nonnulli, & proterve spe- cie sanctitatis & perfectione virtutis. Tria regna Filij matri- virgini denunciat Angelus. Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Inter universi regna, Hebraicum regnum iure hereditario: sedem David patris eius, Regnum spiritale. Regnabit in domo Iacob: uti videbimus num. 36. Regnum caeleste, Regni eius non erit finis. Q. d. Hic non solum regnabit in domo David patris sui; sed in toto orbe Cosmico, imò in caelo. Iure ergo hereditario in bona patris; qua de causa dicitur: In propria venit. Ioann. 1. 11. Rex utique non solum Isræl, sed omnium Gentium, Unde dum inter cunctas singillatim designatur Rex Isræl; aliquo titulo speciali fit: nimirum quia hereditario iure debebatur, quod matri promittitur. Ex regno David, quod possessurus iure hereditatis, solum extendendum in omnes gentes. Coniurget virga de Isræl: de Iacob erit, qui dominetur. Num. 24. à 17. Eodem titulo quo dominaturus Gentibus uti Princeps (nimirum Redemptoris) Isræli dominabitur: sed hoc regnum alio insuper iure firmiter stabilietur: equidem cuncta iure plenissime è sanguine acquisitionis; verum regnum Indorum nactus etiam iure sanguinis, ut esset eius sedes sedes super domum David. Psalm. 124. 5. Adisq. Genebrard. hic. Hinc origo do-

domi nationis orbis, ex dominatione Isrælicici Regis. Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandam à tribus Iacob, & facies Isræl converteudas: ecce dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremam terræ. Isai. 49. 6. quod quidem propositum perspicuum, ibid. 9. 7. Super solum David, & super regnum eius sedebit, amodo & usque in sempiternum. Hebr. De nunc & usque ad aeternum. Aliquid signanter indicat Nunc: etenim in cunctas orbis nationes gaudet & gaudebit spiritali dominationis imperio; sed in Isræl modò & nunc etiam gaudet iure hereditario. Ita sub persona Salomonis dicitur cui regia sedes: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Unde ad Davidicum imperium legibus ablatum ius, dum Christus usquequaque ac verè noscitur filius David?

23. Nec valet dicere, signatè dici Regem Isræl, quia huic à Domino promissus, uti Messias & Salvator, titulo Regis; sed sine ullo specimine iuris. Est planè voluntarium, imò ludicrum. Ecce Rex tuus venit tibi. Zachar. 9. 9. Cunctis causa salvationis veniebat in Regem: Tibi venit, ut etiam accipiat hereditatem. Haud turbaretur adventu Regum Hierodes; si regnum intellexeret duntaxat spiritalis in dominio potestatis. An spiritali Magi intellexerunt imperium, inquirentes ubi natus sit Rex Indorum? Eis dixit Pilatus: Ecce Rex vester. Ioann. 19. 4. Quid ad Pilatum vel ad eius iudicium circum- spectio in religionem, atque dominationem spiritali? De iure hereditario interrogat, dum dicit: Tu es Rex Indorum? 18. 33. & actoribus causa: Regem vestrum crucifixum? 19. 15. Causa scripta putat in cacumine crucis: Iesus Nazarenus Rex Indorum: v. 19. Haud de imperio posset iure loqui superioris potestatis; quæ extendebatur ad omnes, Ex examine Iudicis etiam constat: igitur cum Christus assereret: Regnum meum non est hic; dixit Pilatus: Ergo Rex es tu, Iesus ergo respondit: Tu dicis (jd est, Verè dicis) quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum. Quomodò dubitandum de hereditate dominationis, dum ostendebat inesse iure nativitatis? Verum cum regnum terrenum dirigeret in caeleste; addit: Ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Huiusmodi directio in caeleste regnum, supponit, non admittit ius perspicuum hereditarium in solum. Christo ergo regni Isræl iure per sanguinis debebatur imperium, licet sperteve usum.

24. Negatio istiusmodi iuris agrè tolerari quibat vel praesciticia, vel per obessa intelligencia: verum intolerabile, quod à nonnullis (quorum praesciticia pratermittit nomina) dicitur: nimirum Christum, ius hereditarium cum tantum posset habere per matrem: per illam non posse habere: igitur hæc à David originem debebat per Nathan, & Christum per Salomonem. Insultissima insipientia, ac vanissima stulticia, Minerva opi- ca. Aptius dixerim, Haeres plana. Si illa non ex Salomone; neque Christus, qui origi- nem non aliunde, sed materna traxit ex carne. Expavi, dum delirium legi: maxime quia faciunt Burgensem auctorem huius delerij, fulciantes auctoritate, quod neque neci- fiantes ratione; quasi clavem scientiae haberent, cum nec à limine sacram Scripturam sa- lutaverint. Hin errores, vel inpetitæ: & quod peius ab ineptis celebratæ, Stulti qui au- diunt; magistri caci, atque duces caecorum. Illis flocci Theologiae forma; modò confectæ forma sylogistica. Cum deberetis magistris esse propter tempus, rursus indigetis, ut vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei. Hebr. 5. 12. Inexcusabilis ignoran- tia, dum scientia habentur officia. Burgensis in Matth. 1. Addit, 2. nec verbum dicit, est ibi fiat allegatio. Longè planè impolluta à Burgensis iudicio. Audiatur, ut iudicetur, Deus Christum, quem constituit heredem universorum, etiam in regia temporali dignita- te (inquit Conesep. 3.) ut legitimum David ipsius successorem fecit: sic ius hereditarium in ipso regno eidem pertinere ex tali successione: quam quidem successione temporali Christi diligenter attendebant, ut testatur sacra historia. Si hoc tempore restituent regnum Isræl? Quod intelligitur ad litteram de regno temporali. Renuit mortalis, cum iure in regnum, potestatis usus; inquirentque, an amplectetur gloriosus? Id triumphè Burgensis astringit? Dicunt mira de lente. O quantum est in rebus inane? Habuit etiam Christus regnum David acclamatione publica, ut vidimus, & cum potestate regia in die Palmarum; quod non feret blandimine, sine hereditario iure. Benedictum quod venit regnum patris nostri David: Marc. 11. 10. & Matth. 21. 9. Hofanna filio David, Rex Is- rael: addit Ioannes, 12. 13. Sensus est ergo: Christus in regno caruit principatus usu: quod si aliquis asumeret in usum regni ac eius dominationis; non alius prior ac prior constituendus etiam iure hereditatis. Dum Iechonias dicitur sterilis (Ierem. 22. 30.) haud propter defectum proles, sed apparatus regis dignitatis. Nec enim erit de se- mine eius vir, qui sedeat super solum David, & potestatem habeat iura in Iuda; ut ex- pli;

Isai. 9. 7.

Zachar. 9.

Cur Chris- tus signan- ter dicitur Rex Isræl.

Fuit ex ca- dem tribu, ex qua Ma- ria.

Burgens.

Ierem. 22. 30.

plicat Vates. Non ergo derogat iuri, usu maiestatis carere. Si aliquis ex nepotibus elige- retur in Regem, ius haberet hereditarium in dignitate. Ita Christus factus ex Iechonia & femine David secundum carnem; ius hereditarium habens in regnum per matrem vir- ginem. Christi autem generatio sic erat. Ex Salomone ac David fuit Maria, de qua na- tus est Iesus. Per Nathan, ut astituit Lucas, venit Ioseph. Cur autem hic textur in gene- ratione Iesu Christi (qui ex sola Maria) quasi filius esset Iacob, seu Iochaim, patris Virgi- nis-Matris ex traduce Salomonis; dixi ex professo, Tom. 6. T. 2. n. 11. roboravique, Tom. 7. T. 2. n. 27. quo concordant in nexum, quæ videntur primo aspectu contradi- ctiones.

25 Verum dato & minime concessio, quod Virgo esset ex Nathan, & quasi eius Chri- stus non esset filius, proveniret ex Salomone; quid inde? Filio David proximiori iure debebat regnum. Si Nathan & Salomon ex Davide; super solium David elevaretur, qui ex eius femine, esset ex hoc aut illo originem duceret. Quapropter necessarium, & matre-virgine filio ius in regnum provenire David, sive a Salomone veniret sive a Na- than. Ceterum deridiculum, Mariam habuisse a Davide per Nathan originem, & Chri- stum per Salomonem; cum filius haberet genus ac lineam per solam matrem. Quid mi- homines, ad puteum Belldes: Ex uno in unum multi voluntur errores. Dum ostentari intendit singularissima scientia, apparuit risibilibi stultissima ignorantia. In phantasia delirare decor, & decus: nihil ignorantia audacius. Totum iactabundæ pompæ verbum bulla. Hæcine dicitis observantes vanitates supervacuas; & tamen appellamini Doctores. O tempora! O mores! Appetunt primos recubitus in mensis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Quisquis ita prurit, bambilio est. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Miserum, ubi insipientes sapientia professores. Vide Plin. lib. 9. Epist. 22. Longè a more & ore meo scomaticæ cavillum, verum irritavit argumentum, & ita sto- lidum. Dicam ex Ovid. Metamorph. fab. ult.

Doctorem innotentem fama venit deliria,

Miserum, quando iam sapientes, qui sapientia professores,

Ovid.

Luc. d.

Domus Iacob pro Ecclēsia Catholica.

Epitaphi. Expro Insuper. Pro Potius & maximè

Maria Re- gis Christi.

D. Thom.

Quando eius exor- dium regni

Pudeat hæc opprobria vobis Et dici potuisse, & non potuisse refelli.

26 Etiam regnum spiritale fuit in Christo, quod dirigebatur in æternum, Regnabit in domo Iacob in æternum: id est, in Ecclesia, per fidem constituta; qua vel de gentilitate dicitur: Ecce verè Israelita, Ioann. 1. 47. Fide Zachæus, citò Gentilis, filius est Abraæ, Luc. 19. 9. quippe non ex femine, sed ex fide: ob cuius defectum, non omnis qui ex Israel, hi sunt Israelita. Rom. 9. 6. Regnum Iacob sunt fideles, in quibus modo per gratiam regnat Christus; & ad cuius regnum ordinatum est Cosmicum. Unde sensus auctoritatis est: Non solum regnabit in Iudæa, sed usque ad ultimum terræ. Huiusmodi stylus usque- quaque in Scriptura: Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes Populos. Psal. 98. 2. Hoc est, non solus magnus & excelsus in Sion, sed etiam in universa terra. In prima periodo subintelligitur Non solum, in secunda per epitaphium Imò. Hai. 1. 1. Visio Isaiæ, quam vidit super Iudam & (pro Insuper) Ierusalem. Ita Ierem. 1. 10. Super gentes & su- per regna; ut vellas & destruas, &c. v. 18. Dedit te in muram aream super omnem terram Regibus Iudæ, Principibus eius, & sacerdotibus. Psal. 17. 1. Erripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul. Non fecus dum dicitur in æternum & in sæculum sæculi, in æternum & ultra, de quo infra.

27 Domus hæc Iacob est vinea, quam plantavit dextera eius, universalis scilicet Ecclēsia, quæ pridem in uno Populo non erat catholica; ut accipiendo à Conditore for- mam, palmitum pro paginibus impleter terram. Proprium Regis, leges condere, absur- da derogare, regnum munire, nocentia removere, Principes eligere, subditos salvare, miseris succurrere, dignos fovere, improbos condemnare. Quid ergo Christus debuit facere, & non fecit? Ecclesiam condidit, veterem legem delevit, sacramenta instituit, Principes suffecit, vulneratis subvenit, valentes roboravit, miseris felices fecit, & deni- que præmia æterna, atque supplicia proposuit; abstruens præsentem, est in cælo, fore, usque ad consumationem sæculi.

28 Hoc regnum floruit ab Incarnatione, & illi cæsis dominio inchoativè, ut eluxit in sanctificatione Præcurforis. D. Thomas loc. cit. cap. 14. subdit: Principatus incepit statim in ipsa sancti natiuitate temporalis; cuius argumenta sunt, in eodem die Angelorum mi- nistratio & denuntiatio. Principium dominationis à nativitate, intelligendum est, quoad exteriora munera, in manifestationem Deitatis sub fragili humana forma. Quapropter tunc vocabit Synagogam in pastoribus, & nuncia stella Gentilitatem in Regibus, ado- ratione utrorumque. Cœpit regnum hocce apertius, Christo prædicante; pro motum per

per Apostolorum noticiam, firmatum per Resurrectionem gloriosam. Unde Christus dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo docete omnes Gentes. In Incarnatione concessit illi regnum Christo gratia unionis. In Resurrectione pretio sangui- nis, ex pacto quo constitutus est in caput Gentium. Iacob Cælestis Pater dicit illi: Postula à me & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ (Psal. 2. v. 8) reges eos. Sic ergo factus, obediens usque ad mortem, Deus exultavit illum ob effusum sanguinem, & inter Reges dedit illi nomen, quod est super omne nomen; plaudentibus redemptis ius in magnitudine acquirete potestatis: Occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum. Apocal. 5. a. v. 9. Decor huius potestatis fuit acquirens merito redemptionis, ex quo gratia capitis; ut acquireret tibi Populum acceptabilem, bonorum operum sectatorem. Quinimò in Angelos etiam causâ redemptionis, extensum ius potestatis. Conferuus tuus sunt: dixit homini quidam ex il- lis, ibid. 2. 2. 9. Hoc enim intuitu Deus cum iterum introducit (primum etiam post crea- tionem obicit) primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adoret eum omnes Angeli Dei. Bernard. in Circumcision. serm. 1. num. 2. Idem quippe & Angeli Salvator & hominis (ait) sed hominis ab Incarnationem, Angeli, ab initio creature.

29 Regnum lanequàm insigne, quoniam propter Principem Christum, inter univer- sa regna differentius præ illis nomen hereditavit. Hoc tuum regnum præ cæteris odo prærogativis singularibus potiri, ait Perer. in Daniel. 7. v. 13. apud illum videris, sicut tres apud Alapid. in Matth. 27. v. 11. Omnibus præcellit ex triplici capite (ait Angel. Doctor, d. cap. 13.) Primo quidem ex annorum quantitate, quia plus duravit, & adhuc aurat, & du- rabit usque ad mundi renovationem. Secundo apparet eius excellentia ex dominij univer- sitate, quia in omnem terram exivit sonus. Mundi nulla plagâ; in qua nomen Christi non adoretur: Tertiò apparet excellentia Monarchia Christi super alias dominantes dignitati, quia Deus & homo. Hoc ergo regnum, quod incepit ab Incarnatione, patuit passione, enitit resurrectione, perfectumque fuit in Ascensione, ac in orbem promulgatum & propagatum Apollolorum evangelizantium sanguine; est regnum spiritale, quod perma- nebit, quousque non sit tempus, quod durationis mensura: igitur post Christum cum suis regnabit in gloria. Regna alia transitoria fuere: Vidi (subdit Daniel, v. 12. quòd) alia- rum quoque bestiarum ablata esset potestas, & tempora vite constituta essent eis usque ad tempus & tempus. Adificatio unius fuit ruina alterius. Hinc inft D. Thom. d. cap. 13. Hic Christi principatus sive dominium omnes Monarchias transiit, annihilat & con- fringit. Persistendo evanescunt, quæ præ fragilitate, ipsa duratione deficiunt. De Chri- sto verò dicitur etiam habens regnum intra mundum: Regnabit in domo Iacob in æter- num.

30 Car igitur si asseritur, Christum regnaturum in æternum, additur Virgini Matri in munere annuntiationis. Et regni eius non erit finis? Utrunque Christi regnum (sup-posito cosmico in sede Davidis, uti diximus, num. 22.) spirituale scilicet & cælestis inclu- ditur in proposito periodi. Duratio igitur spiritualis usque ad consumationem sæculi, cælestis verò uti æterni, sine fine; quippe tunc Christi potestas potestas æterna, que non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Spiritale ergo, tametsi in tempore, di- citur æternum duplici ex capite, & quia Iste principatus æterno coniungitur (ut ait D. Thom. ubi dudum) & sic completus est circulus à puncto usque ad punctum: & quia in Scriptura usitatum, quod langum tempus vocetur æternum. Unde sensus testimonij est: Regnum spiritale possidebit in longum tempus, usque scilicet in diem iudicij universalis, incipiatque regnum cælestis, cuius finis non erit, quia tempus non erit amplius. Hoc- cine stylo etiam discrimen designatur à Daniel: Regnum quod in æternum non dissipabi- tur (equidem licet Ecclesia varijs vexationibus sit concussa, nunquàm contrita: licet pro- cellis quassata, non summerla: supra petram fundata firmissimam (porte interi non præ- valebunt adversus eam) & ipsum stabit in æternum. Intelligendum cum distributione accommodata. Æternum in utraque periodo de regno est: verum in regno spiritali accipi- tur pro diuturniore tempore: in cælesti autem pro ipsa propriè æternitate. Primum, hyperbolicum est sub sensu metaphoricò: secundum autem sub rigoroso sensu. Sub eod- em tropo sedes etiam potest accipi David. Super illam sedebit; sed non sicut ille sedet. Sedit David suam in sede habiturus: non ita solum Salvatoris, regni eius non erit finis. Soula, lib. 5. a. v. 301. succinit:

Cui dabis Omnipotens solum sedesque paternas Scepriiferi Davidis, & hic regnabit in ævum

Matth. 28 v. 18.

Ex quibus in cuncta ius

Christi etiam Re- demptor An- gelorum Hebr. 1. v. 6. Bernard.

Excellentia regni sig. D. Thom.

Daniel. 7. v. 12.

D. Thom.

Luc. 1. v. 33.

Expositio 2

D. Thom. Æternum pro tempore dicitur morte.

Daniel. 2. v. 44.

Eternum super Ispaidas, patriosque penates.
Huius enim pueri stabile est in sacula regnum.

Expositio 3. Post iudicij diem caeleste florebit regnum, dominio, dominatione, proprietate ac usu, potestatis exercicio, simulque cum aternitatis potestate; igitur regnum nec corrumperetur, nec dissipabitur, sicut saepe in spiritali regno ex parte contigit. Auferri velum, dum militabat, & tyrannis opprimebat: Quia nunquam Ecclesia (inquit N. Vener. Beda, lib. 2. cap. 28. in 6. Marc.) tantis Gentilium pressuris non solum afflicta, sed & facta est; ut si fieri posset, Redemptor ipse tam, prorsus deseruisse ad tempus videretur. Corrupti vero, dum tot orbis regiones, quae fidem acceperant, defecerunt a fide. Hinc surreptio & corruptio spiritalis regni; quia necdum Christo subiecta sunt omnia: verum in regno caelesti potestas omnino aeterna, quae nequaquam defectura, nec tollenda; quippequam omnia & omnino subiecta erunt ei, iudicio orbis facta, distributa infirmita, mancipatis flammis improbis, & secum in caelo collocatis bonis. Arculus graphicè signatur à Paulo, 1. Cor. 15. v. 24. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum evacuaverit omnem principatum & potestatem & virtutem. Novissima autem inimica destruetur mors: omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicitur: Omnia subiecta sunt ei; sine dubio praeter eum, qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia; & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia. Apocal. 20. v. 13. Iudicium est de singulis secundum opera ipsorum: & infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Haec est mors secunda. Post quod caelum novum & terra nova: ibid. 21. v. Id est, regnum caeleste, absorpta morte in victoria. Mylteriam subodorati sunt Ethnici; & michi cordi, quod ex sacra lectione.

Firmitas regni caelestis

Caeli regia concidet,
Cerbos atque obitus trahet:
Atque omnes pariter, Deos
Perdet mors aliqua & Chaos
Et mors fata novissima
In se constituet sibi.
Agnosco, agnosco: victum est Chaos;
Fractaque non semel est mors horrida.

Mors & diabolus post diem iudicij omnino victus.

Plutarch.

Tertull.

Lucret.

Petron. Carm. 11. v. 63.

Ovid.

Apprimè Euripides in Medea; v. 145. Heu, heu! Ad mortem relicta odiosa vita: & quod peius, miseris intra circumscriptionum ambitum aternitatis.

Idem.

Inquit Seneca in Heecul. OEt. 10. v. 1110. & 1943. Statius 3. Silvar. 2. v. 171. Parcarum fila teneo: duram scio vincere mortem. Aegyptij suo modo fixerunt, quod à Populo Dei avidissime haultum, sub pugna duorum fratrum, & umbra caelestium ac infernorum: Veniet autem tempus (ait Plutarch. de Iside & Osirid.) tempus fatale quo Arimanius, qui pestem & famem inducit, intereat & tollatur: & tunc cum terra plana & aqua fuerit reddita, aqua vita, unaque respublica, necesse est, existat hominum beatorum & una autentium omnium lingua. Ad postremum abiectionum fore Ditem patrem, futurosque homines felices, neque cibum desideraturos, neque umbram facturos. De Stoico praefato lib. de Anima, cap. 42. Tertullianus, rejecto Epicuro, inquit: Multo coactius Seneca: Post mortem, ait, cuncta finiuntur: etiam ipsa. Hoc si ita est, iam & mors ad semetipsam pertinebit, si & ipsa finitur. Iterat sententiam, lib. de Resurrect. carnis, cap. 1. & 3. illamque invenies in Seneca, libell. de Remed. fortuitor. ut observat Pamel. num. 465. Lucret. 3. de Re. nat. v. 1095. & lib. 5. v. 976.

Aeterna tenebit
Nox in perpetuum. detractio lumine Solis,
Mors aeterna tamen nihilominus illa manebit.

clauduntur lumina noctem. Floridius praecunctis Ovid. in Ibm. v. 197.

Nec Mortis poenas mors, altera finiet huius:
Horaeque erit tantis ultima nulla mali.

32 Secus in caelesti regno post iudicium. Ovidius ad Pison. à v. 98. accinit:

Sed super ista movet, plenus gravitate serena
Vultus, & insignis perstringit imagine visus.
Eloquio sanctum modo perficere senatum:
Exonerare piis modo, nunc onerare nocentes.

De

De his, qui dormiunt in terra pulvere, evigilabunt: alij in vitam aeternam, & alij in opprobrium, ut videant semper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & quasi stella in perpetuas aternitates. Daniel. 12. 2. Quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum. Apocal. 22. 5. Virgil. Eclog. 4. v. 46.

Talia secula suis dixerunt currite falsis
Concordet stabili fatorum Numine Parca.

Tunc enim Christus Dominus Dominantium & Rex Regum;
Cui Pater aeternas post secula tradet habenas.
Uti aliò dixit Martial. lib. 6. Epigram. 4. Dicam ex Seneca in Thyest. v. 909.

O Caelum excellentissimum, Regumque Regem!

Ipse enim excitet dormientem animum, oscitantem ad statum felicissimum (Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.) Accelera & evale (inquit, epist. 32.) perduc te in tutum; & subinde considera, quam pulchra res sit, consummare vitam ante mortem, in possessione beatae vite positum. Quando videbis illud tempus, quoscies, tempus ad te non pertinere, quo tranquillus placidusque eris, & crastini negligens, & in summa satietate! De gaudijs aeternae vitae, adius Angulstini. Meditat. à cap. 22. & Venantium Fortunat. lib. 8.

33 Clarent ergo perpicuo iam tria regna in Christo Iesu; & quorum noticia Virgini-Matri participatur, ut corde exultabunda lateatur: Ecce concipies in utero & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum & regni eius non erit finis. De Virgine loquimur: singula percurramus. Concipies in utero & paries Filium. Filium concipies sola & in utero, non ex viro, sed de Spiritu-Sancto.

Totus reverà germen à love factum,
Concipe, mater eris.

Filius concipietur ex sola genitrice, qui solus conceptus sine femina ex Patre. Aeternæ proles dicitur utriusque. Ut facerent Numina magna, quae à Gentilibus non ficta? De Iove, esho ludicre, commentum, Verbum mentis concepit vertice sub Minerva inclyto nomine: cuius fetus invida Iano ex mirabili modo, & ob singularem prolem; sola sine viro concepit in utero Matrem Natal. Comes, 2. Mytholog. cap. 7. Ovidius 5. Faestor. v. 239. eius soliloquia referens, fuccinit:

Si pater est factus, neglecto coniugis usu,
Iupiter, & solus nomen utrumque tenet;
Cur ego desperem, fieri sine coniuge mater,
Et parere intacto, dummodo casta, viro?

Viola à Virgine fama falsa virtute verà. Angelus nunciat, & illa nuncium decorat.

Ut procul aspexit fulgentia Virginis ora
Cognovitque Deam; vultus veneratur amicos.
Nec hæc monstra tibi faciant tenella pavorem;
Sic mater potes esse Dei. Iam tolle serenam
Lata animum: tantoque libens hæc aspice vultu,
Ut deceat genuisse Iovem: depone timorem
Indignum partu: Letetur terra reverso
Numine, quod prisca post tempora perdidit auri.
Prospera (Christicolis) sperantur tempora rebus;
In nomen ventura tuum.
Salve progenie terras iutura salubri,
Desine conspectu mentem turbare verendo.
At Virgo quamvis inopino territa visu,
Viola mitore Dei.

Nihil enim impossibile apud Omnipotentem: Nec verò pro nostra divina pensanda potentia (Plutarch. in Coriolan.) qua nullo pacto humane, vel motu, vel arte, vel viribus equiparanda est. Si quid nobis, impossibile efficiat, aut nobis inexcogitabile excogitet; absolum videri non debet, sed quod cum omnibus in rebus plurimum superet nos, tam verò in operibus maxime dispar & dissimilis existat. Ita credit Virgo; Dei genitrix mox futura. Ad ungem verba Syngambis, apud Curtium 3. Histor. Alex. cap. 9. Tu quidem matrem me & reginam vocas; sed ego me tuam famulam esse consteoro. Retorquendus Ovidius, 6. Faestor. à v. 519.

Tom. VIII. aut.

Ooo 2

Par.

Felicitas in aeternam aeternam, Virgil.

Martiali: Senecæ, Gloria caelestis, quæ operabilis!

Idem.

Luc. 1. 35

Theocri. ead. 7. Ovid. 11. Metam. fab 7.

Virgo sola co-ipsi, quæ Pater sine femina genuit.

Idem.

Fulsi in Virgine, quod non valuit vel fieri.

Claud. Parn. neq. Manu. v. 111. Id. in Hercle. v. 47. Ubi sup. v. 121.

In 4. Honor. v. 619 Iuven. 11. v. 86.

Ovid. 4. Metam. fab. 3.

Plutarch.

Potentia Dei erga Virginem ex. panla.

Q. Curt. Virgini hu militat, & celsitas.

Ovid.

Singularis facti. Claud. Probn. v. 197. Luc. 1. 10. Quae gratia ab illa inventa. Ovid. 13. Metam. fabul. 51.

Virg. 1. Aeneid. v. 609.

Nomen Iesu in salutem.

Vcn. Bed.

encc.

Idem. Respondit nominis.

Soufa.

Cur dicitur Iesus Magnus.

Idem.

Isai. 7. 14. Matth. 1. à 21.

In eius nomine concito nullus tremat.

Antonema. fa.

Parva mora est: caelum vates & Numina sumit: Fitque sui toto peccore plena Dei. Vix illam subito posses cognoscere: tanto Sanctior, & tanto quam nudo maior eras.

Virgo iam mater, & mater Dei. Talem nulla refert antiqui pagina libris Nec Latia cecinare tuba, nec Graca vetustas. Hanc ergo invenit Virgo gratiam, gaudia matris habens cum virginittatis honore: nec primam similem, nec visa est habere sequentem. Multa illi charifinata, ex quibus versus nos singularis gratia & gloria, sed nihil nec ultra plus, Quam tantum genuisse virum, quo praeside rerum Humano generi Superi fovistis abunde.

O Virgo singularis, electa ex millibus, terzē celi que decus, inter cunctas mulieres benedicta & gloriosa, quippe cum filio ex aethere lapsa pudicitia. Beatam te dicent omnes generationes.

— — — — — Quae te tam lata tulerunt Saecula: Qui tanti talem genuere parentes: Praemia digna feres.

Novo enim miraculo, inauditoque prodigio, qui ex te nascetur, Filius Altissimi vocabitur. Parvulus ex te natus est nobis, & per te Filius Dei datus est nobis. Concipies & paries.

34 At tu vocabis nomen eius Iesum. Erit Salvator: ipse enim salvum faciet Populum suum. Nullum maius opus. Non ait Populum Israel (infit Vener. Beda hic) sed Populum suum: hoc est, in unitatem fidei ex praepitio & circumcissione vocatum: quibus ex diversa parte vocatis, fiet unus pastor & unum ovile. Senec. in Octav. à v. 438. & 482.

Ille pacis auctor, generis humani arbiter Electus, orbem qui sacra specie regit, Patria parens, nomen quod ut servet, petit, Suosque cives, illos servare, maxima virtus.

Et 1. de Clement. cap. 14. Patrem patrie non adulatione vana. Cetera enim cognomina honori data sunt; & ambitiose maiestati quicquid potuimus titulorum congestimus. Patrem quidem Patrie appellavimus; ut sciret sibi datam potestatem patriam, liberis consuleret, suaque post illos ponens. Respondebit officio, equidem Populum suum salvum faciet, & cum vitę dispendio. Suos salvabit, animamque in aperta pericula mittet. Soufa d. v. 297.

Felicem natum, dices cui nomen Iesum: Hic sublimis erit.

Hic erit magnus. Qui Deus erat, vocari Magnum, non erat encomium, etsi extendatur nomen ad miraculorum multiplicem magnitudinem. Sensus est: Vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus, scilicet Iesus. Non erit in illo Magni nominis umbra, sed veritas. Alij fuerunt illustres insigniti magno nomine Iesu; sed nullus vocatus naturalis filius Dei. Hic Magnus, quoniam Filius Altissimi vocabitur. Hunc Pater signavit Deus; ut inter insignes, Magnus appellaretur Iesus. Soufa subdit:

— — — — — Genus alto à culmine caeli Ducet, & aeterni proles dicitur ubique.

Verum inquires, Cur nomen eius Iesus; cum scriptum pridem: Vocabitur nomen eius Emmanuel? Implicare videtur illud Matth. 1. à 21. Vocabis nomen eius Iesum: ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Propeta enim non vocem in nomen strictè designavit; sed sensum huius vocis in vaticinio prædixit. In Incarnatione Deus homo factus: & tunc Emmanuel ab effectu, quia nobiscum Deus. Idem cum Iesu nomen Emmanuel, non sono, sed sensu. Ita alia, ut illud Isai. 9. à 6. Vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri saeculi, Princeps pacis. Ierem. 23. 6. Hoc est nomen quod vocabunt eum: Dominus iustus noster. Zachar. 6. 12. Ecce vir, Oriens nomen. En varia Iesu pro nominibus cognomina: nominata dicuntur, sed antonomastice; quoniam loco nominis suffecta, & cognoscitur cuius excellentia præstantissima; ut Rex Regum, Alpha & Omega, Omnipotens, Altissimus, & alia de Deo; sicut intelligitur Magnus pro Pompeio, & Augustus pro Octaviano. Vocabitur Christus nomine, quod os Domi-

mini nominabit: & eius audita vox: Vocabis nomen eius Iesum; quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Iesus. Sub nomine salutis cuncta charifinata continentur Salvatoris, honorum ab honorum felicitas humani generis. Hinc pastoribus tantum dicitur: Natus est vobis Salvator. Luc. 2. 11. Totum hocine mirabile nomen continet: sic se daturum nobis promittit: Ecce Salvator tuus veniet. Zachar. 9. 9. Soufa, d. lib. 6. v. 22.

Ille quidem pariet natum, cui nomen Iesum Impones puero, quoniam delicta remittet, Crimini urgentes nexu & vincula resolvet.

35 Huic ergo dabit Dominus Deus sedem David patris eius: id est, paternum terrestre regnum; cuius ob spirituale, frequentius renuet usum, ut regnet toto orbe terrarum in domo Iacob in aeternum, id est fide in cordibus hominum; usque in diem iudicii. Longum enim tempus aeternum dicitur: Sedes tua Deus in saeculum saeculi. Psalm. 44. 7. Hebr. 1. 8. Iuravi David servo meo: Usque in aeternum preparabo sementum tuum, & aedificabo in generationem & generationem fidem tuam. Psalm. 88. à 4. & à v. 29. In aeternum servabo illi, & ponam in saeculo saeculi semen eius, & thronum eius sicut dies caeli. Patet acceptio aeternitatis pro diurnitate temporis; quousque caeli cesset in sublunaria motus, quo formantur dies caeli: & alia phrasi: Donec auferatur Luna. Psalm. 71. 7. locoque cit. v. 37. Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in aeternum. Hoc enim sensu dicit Lucret. 3. de Rev. natur. v. 1077. Temporis aeterni ambigitur status, & v. 976. Vetustas temporis aeterni. Stylum emulatus Otho Venius, Amor. Emblem. 1. Temporis aeterni signa venusta. Usus in nostrum argumentum Virgil. 1. Aeneid. v. 282.

His ergo nec metas rerum, nec tempora pono: Imperium sine fine dedi.

Sil. Italic. 7. de Bell. Punic. superioribus metaphoris, & non degenerare stylo, à v. 476. succinit:

— — — — — Posuit tellure penates, Dum cete innabunt Ponto, dum sidera caelo Lucebunt, dum Sol Indo se littore tollet: Hic regna, & nulla regnis per saecula meta.

Ira ergo sine fine & meta longum tempus signat, quamvis ex se vox aeternitatem demonstrat. Sicine Sedulius de imperio spiritali Salvatoris lib. 2. v. 65.

Salve Sancta parens enixa puerpera Regem, Qui caelum terramque regit per saecula, cuius Numen, & aeterno complectens omnia gyro Imperium sine fine manet

Prius Iuvençus alloquens Virginem-Matrem, lib. 1. Histor. Evangel. à v. 88. in fit: Nam tua concipiet celesti viscera iussu Natum, quem regnare Deus per saecula cuncta, Et propiam credi sobolem gaudetque, iubetque.

Non saecus quam aeternitas pro tempore, tempus infertur pro aeternitate. Paul. Consul. Carm. de Baptif. à v. 125. accinit:

Qui semper fuit, & nunc est, & tempore in omni Semper erit, mundi dominus, lucisque creator; Qui voluit (nam cuncta regit, nutuque gubernat) Filius esse tuus, Dominus cum filius esset.

Hic puer; cuius principatus super humerum eius, regnabit in saecula. Nascere magne puer, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore. Intende prosperere, procede & regna: habes enim in potestatem humana corda.

Sunt tibi magna puer, nimiumque potentia regna.

36 Huiusmodi Christo in tempore regnum spiritale; sed celeste sine fine: Potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur; quia in aeternum dominabitur, postquam iudicio facto totius orbis, cum suis electis princepetur in caelis. Verim occurrit anfractus, ac difficultate summa inextricabilis nodus. Quartum enim regnum olim Chriftiastæ fixerunt, medium inter morem Anti-Christi, & iudicium universale, ad quod surrecturi qui mortui vel occisi servi Dei; cum quibus regnaturus in terra de caelo descendes Christus Dominus, cum pace ac quiete incredibili gloria, & bonorum auctorum abundantia; ita ut ad felicitatem nil plus sit exogitabile, neque ultra aviditati possibile. Unde cum post

Luc. 2. 11

Soufa.

Aeternum pro longo tempore.

Virgil.

Sil Ital.

Sedul.

Iuvenç.

Tempus tiam pro aeternitate.

Paulin.

Ovid. 7. Amor. Eleg. 1. v. 15. Daniel. d.

Sententia Chriftiastæ PP. 2